



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bono Sodalitatis Partheniæ, Et Officiis Sodalium Erga Deiparam Patronam

Bourgeois, Jean

Antverpiæ, 1622

Cap. 6. Sodalitas genus est adoptionis spiritalis, qua in Dei Matris filios
cooptamur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48699)

CAPVT VI.

*Sodalitas genus est adoptionis spiri-
tualis, quâ in B. Matris filios coo-
ptamur.*

QUæ fuit appellata viuentium mater
Eua (vt inde ordiamur vnde desij-
mus) nouerca potiùs, ac morientium ma-
ter extitit, mortis auctor antequam vitæ;
cui subrogatam sacratissimam Virginem
Mariam sempiternæ vitæ secundum fi-
lium ac per filium conciliatricem vno
depredicant ore SS. Patres. Ac mihi Vir-
ginis ipsius apud *S. Brigittam cõmemo-
ratio plena semper visa est solatiij, cum
se matrem Dei esse recenset, quia diuinæ
eius maiestati ac bonitati sic placitum
fuit; matrem omnium in cælis regnan-
tium, qui, quemadmodum infantes, etsi
quo reficiantur, habeant abunde am-
brofiam ipsam ac nectar clarè conspe-
ctæ deitatis, tamen aspectu matris exhi-
larantur; matrem versantium in purga-
torijs pœnis, qui eius precibus nulla non
hora

*Iren. 5. ad-
uers. hares.
c. 59. & 3.*

*c. 33. Ter-
tul. de carne
Christi 17.*

*Athan.
serm. de
Deipar.*

*Aug. 3. de
symbol. ad
Catechum.*

** Lib. 4.
Reuelat.
138.*

A-

hora suas sibi mitigari pœnas experiantur; matrem peregrinantium in terris, tum iustorum, quos ab omni discrimine sui corporis oppositu vindicare sit parata; tum etiam peccatorum si qui resipiscere velint, quos non secus atque nudum & inermem filium strictis hostium mucronibus appetitum, ~~fac sine~~ contegere velit, si ad eum vera ducti pœnitentia confugiant. Plus etiam aliquando D. Matri tribuit S. August. dum inde elicit eam esse parentem nostram, quia cum sit mater Christi, est etiam membrorum eius: quia non carne tantum, sed & spiritu mater est Christi. Fuit, inquit, mater spiritu non capitis nostri, quod est ipse Saluator, à quo magis ipsa spiritaliter nata est, sed planè mater membrorum eius, quod nos sumus; quia cooperata est charitate sua, ut omnes fideles in Ecclesia nascerentur. Addit tunc eniti hoc corpus mysticum Christi, quod nos sumus, cum illud tandem edit cælo ac beatè illi sempiternæq; vitæ. Quare quâdiu sumus in hoc mundo, continet nos ac in visceribus suis gestat, sua nos ani-

mar

*De sancta
virginit.
c. 6.*

mat inspiratione: non enim alia quàm
matris respiratione foetus in vtero viuit
de sententia medicorum. Certè sic nos
aspicit quasi quædam membra filio suo
capiti per omnem iuncturam coagmen-
tata. Si tempus quis exquirat quo primū
spiritu nostra mater esse cœperit, & in
hanc adoptionis filiorum Dei gratiæ vi-
tam ediderit, quo potissimū tempore,
vt filio suo capiti nostro non indecora
membra connecteremur, ad laborarit; id
præcipuè tempus occurrit, quo Saluator
nostræ huius salutis opus explebat in
cruce moriens, quo nos adoptione cæ-
lestis sui Patris filios efficiebat, & in Io-
anne discipulo B. quoq; matri suæ com-
mendabat. Tum & illa nos in spiritu ge-
nuit, cum ad crucis filij pedem stetit, il-
lumque vnicum filium suum humanæ
reconciliationis hostiam acceptissimam
obtulit Augustissimæ Trinitati; tum vt in
adoptiuos illi filios consignaremur, est
promerita. Sanè si tum pro vniuersis fu-
turis aliquando filij sectatoribus preces
ad Deum fudit, si tum eorum saluti sum-
ma charitate litato eo diuino filij cruo-
re,

re, qui è sacratis eius plagis manabat, egregiè cooperata est; nihil dubitarim, quin pro Sodalibus & clientibus, eius opem ac patrocinium imploraturis, speciatim exorarit, eorumque salutem ea prece & oblatione, quæ summi cuiusdam, vti loquuntur, de congruo meriti seu cõgruentissimæ ac potentissimæ vim impetrationis obtinuit, affecuta fuerit. Tum sanè cùm omnes Saluator futuros aliquando discipulos suos in Ioanne cõmendabat amantissimæ matri, Sodales Parthenios ab eo præcipuè fuisse comprehensos ac denotatos non potest ambigi, cùm eos omnes Saluator in mentis haberet prospectu, sigillatimque in Ioanne discipulo designaret. Ac mihi quidem ea morientis supremo legato ac testamento mox obita morte confirmando filiorum consignatio, spiritalis quædam adoptatio fuisse videtur, qua primogenitus ipse nos sibi fratres ac coheredes, ac cùm cælestis Patris, tum Beatæ quoque matris suæ filios adsciuit: nec verò illa nos filiorum habere loco grauabitur, quos ipse Saluator fratres non ab-

abnuic, ac quos sua passione & morte comparauit. Ad hæc, ipsa in Sodalitatem receptio, spiritalis quædam est adoptatio, atque in familiam Sanctissimæ Virginis insitio, quæ mutua summaque tum matris adoptantis, tum adoptati filij, volûrate perficiatur, de indulto summi Principis filij eius Saluatoris, cui nihil æquè cordi quàm plurimos matri suæ spirituales esse liberos, à quibus colatur & obseruetur. Hanc singularem gratiam prærogatiuamque Sodalitatis Ioannis nomen, quod idem valet ac gratia, videtur innuere. Id planè Sodalibus speciatim conuenit, quod de se Ioannes commemorat, *Et accepit eam discipulus in sua,* nimirum officia atque obsequia, in curarum partem, præcipuamque in ea tanquam matre colenda, obseruanda ac demerenda sollicitudinem. Nam de facultatibus rerum externarum quibus Ioannes piscatoris arte victum antè quæritans non abundarat, & iam Dominum secutus se exuerat, relictis retibus & nauui, commodè non potest accipi; sed tum de affectu veri germanique filij, tum de

C omni

omni obsequio, quod ab amante filio
 vidua mater exigere queat. Hoc autem
 in affectu, obsequijque deuota ac maxi-
 mē propensa voluntate, Ioanni subro-
 garum se quisque Parthenius Sodalis ex-
 istimare debet, atque hanc sibi primam
 præcipuamque curam in omni vita, ce-
 teris omnibus curis lōgè posthabitis, du-
 cere Virginis Matris præcipuo semper
 studio colendæ & obseruandæ. Quo fi-
 ne reuocet sibi in mentem quos ad cru-
 cis filij pedē B. Mater acerbissimos cor-
 dis cruciatus pertulerit, quas materno-
 rum viscerum conuulsiones, dum nos
 secundogenitos Benoni filios doloris
 edidit; quas in primogeniti sui Ioseph
 virgineo partu Saluatoris effugerat, uti
 monent Damascenus & Rupertus. qui
 dum illud expendit, *Mulier cum parit tri-
 stitiam habet*: Quia, inquit, ibi dolores ut
 parturientis sustinuit, in passione vnige-
 niti sui, omnium nostrū salutem B. Virgo
 peperit, & facta planè omnium nostrū
 mater est. ob quam fortè causam Chri-
 stus de cruce mulierem appellauit, non
 matrem: mulier enim nomen est matro-
 næ,

LIBER I. CAPVT VI. 51

nã, plures iam filios numerantis. Vbi nu-
 pfit virgo, puella vel adolescentula nũ-
 cupatur; vbi vnum enixa filium, puerpe-
 ra; vbi iam plures, mulier vel matrona.
 Ad idem spectat locus Cãt. 8. quo Chri-
 stus animam hominis iusti sponsam.
 suam sic appellat, *Sub arbore malo excita- Cant. 8. 5.*
uite, ibi peperit te mater tua, ibi parturiuit te
genitrix tua. Versionem Septuaginta, &
 Theodoreti sequamur interpretatio-
 nem, nisi quòd ille gratiam, nos gra-
 tia plenam interpretemur. Ait Chri-
 stus, Sub arbore malo, sub salutifero
 ligno crucis excitaui te, leuaui, atque
 erexi à ruina & sordibus, in quibus mi-
 ferrimè volutabaris. Ibi peperit te mater
 tua, eademque mater mea Virgo Maria,
 cùm mihi astitit morienti, & mortē meã
 tibi salutarem ac vitalē esse precata est;
 ibi parturiuit te genitrix tua, magno do-
 lorum edidit nixu. Id enim interest in-
 ter Parturio & Pario, quòd hoc commu-
 nē partum, illud partum cum vehemen-
 ti dolore significat. Vel hæc verba inter
 Euam ac Deiparã partiamur; Sub arbo-
 re malo, arbore interdicta peperit te ma-

Ivan. I. 12.

ter tua, communis mater Eua peccatis
 sordidū edidit in mortem: at sub oppo-
 sita crucis arbore parturiuit te genitrix
 tua, Maria altera felicior Eua regenera-
 uit te, sordibusque elutis ac deterfis in
 vitam est enixa sempiternam. Quotquot
 Saluatorem receperunt, *dedit eis potesta-*
tem filios Dei fieri, his qui non ex sanguini-
bus, neque ex voluntate carnis, neque ex volū-
tate viri, sed ex Deo nati sunt. Ad eum mo-
 dum quotquot matrem receperunt in
 suam parentem, indulgente filio, dedit
 eis potestatem filios eius fieri, si nouam
 ineant vitam ex noua filij Dei Saluatoris
 regeneratione ac gratia traductam, lon-
 gè dissimilem priori quā ex vetusta pri-
 morum parentum origine, naturæque
 vitiatę communi connubij lege permix-
 to sexu contraxerant. Quotquot Dei-
 param colunt affectu, officio, atque
 obsequio filiorum, dubio procul & ipsa
 vicissim illos materna omni pietate fo-
 uebit, nouisq; quotidie ac beneficijs cu-
 mulabit. Numquam se vinci patietur
 eius immensa & inexhausta benignitas
 planè mutuum illa rependet amorem

cu

cui conuenit quod est in Prouerbiis, *Ego diligentes me diligo.* Et ampliùs omnino quàm diligatur ipsa diligit, & verò etiam priùs dilexit immerentes, cùm nondum essemus, ad filium pro nobis singulis Sodalibus preces effudit, ab eoq; nostram, vti speramus, salutem obtinuit. Quem admodum Samuelis mater Anna, sic illa de quoque nostrum commemorare potest: *Pro puero isto orauit, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulauit eum.* Idcirco commodauit eum Domino cunctis diebus quibus fuerit commodatus Domino. Expositus Moyses à matre in scirpea fiscella breui post Nili fluminis vndis obruendus, aut scopulis illidendus ferebatur; sed prouidente Deo incidit in filiã Pharaonis, quæ aperta fiscella cernens paruulum vagientem, miserata, per matrẽ, quã vti nutricem soror aduocarat, enutriendum curauit, adultumq; adoptauit in filium, vocauitq; nomen eius Moyses, dicens, *Quia de aqua tuli eum.* Quot Moyses clementissima mater Saluatoris, summi Regis nostri mater eadẽ, & soror, & sponsa, & filia, de secularibus

Prou. 8. 1

1. Reg. 1.
27. & 28.

Exod. 1.

vndis naufragos eripuit, quot è certissi-
 mo sempiternæ mortis discrimine vindi-
 cavit, quos vix scirpea fiscella corporis
 imbecillissimi adhuc retinebat, obrutos
 iam pridem aquis vitiorum ac peccandi
 consuetudine; sed inde ereptos, per hâc
 Sodalitatem optimam sanè nutricem, in
 omni virtute ac pietate curauit educan-
 dos, vt matura iam adultos sanctitate, si-
 bi eos adoptet in filios, regia cælesti he-
 reditate non indignos! Illa nimirum est
 mater diuinæ gratiæ, quæ per eam à filio
 in omnes mortales deriuatur, mater pul-
 chre dilectionis, timoris, & agnitionis,
 & sanctæ spei, per quam & fidei cõtem-
 plationisq; dono, spei timorisq; permix-
 ti, quo miri fiût in sanctitate progressus;
 denique charitatis diuinæ, quæ decor
 est omnis animæ, quæ sola pulchrum
 reddit amantem, virtutibus infusis sui
 Sodales exornantur. B. Ambrosius hoc
 erat in suos animo, vt verè diceret, Non
 minùs vos diligo quos in Euangelio ge-
 nui, quàm si coniugio genuissem: non
 enim vehementior est natura ad diligen-
 dum quàm gratia: plus certè diligere de-
 bemus

1. Offic 7.

bemus quos perpetuò nobiscum putamus futuros, quàm quos tantùm in hoc sæculo. Quæ videtur oratio Diuæ Matri tanto iustiùs conuenire, quanto & purior eius est & ardentior in nos affectus, & veriùs nos ad sempiternam vitam filij sui mèrito ac beneficio procreauit. Plus apud eam valet voluntate suscepta coniunctio ac necessitudo, ad sempiternam directa felicitatem, quàm quæ fortuitò veluteuenit ad breuissimi temporis vsuram consanguinitas: arctior est atque potentior gratiæ quàm naturæ propinquitas: maius apud eam pondus obtinet hæc Sodalitatis quàm sanguinis coniunctio. Si Paulus Apostolus, quos sua prædicatione perduxerat ad Christi fidem, iure filios appellat, *Vt filios meos charissimos moneo; nam si decem millia pedagogorum habeatis, sed non multos patres: nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* & ad Philemonem, *Obscuro te pro filio meo Onesimo quem genui in vinculis: quid amantissima mater in omnes mortales, sed præcipuè in Sodales*

1. Cor. 4.

15.

Gal. 4. 19

Philem. 10

ac clientes affectu incomparabiliter ardentiore, quorum salutem & dum viueret omni apud filium promouit officio, & nunc porro promouet in cælis regnās impensius, pro ea qua flagrat ardētī charitate, quaque apud filium valet gratia & auctoritate; cui quidē auctoritati erga filium par in nos respōdet misericordia ac beneuolentia. An non verissimē

Philip. 1. 7.

2. Cor. 7. 3.

quod idem aiebat Apostolus, *Eò quòd habeam vos in corde: In cordibus nostris estis ad conuiuendum & commoriendum;* ad se quoque Sanctissima Mater traducat; suisque commemoret Sodalibus, qui illam semper in oculis atque intimis ferant præcordiis? Si tibi in corde est D. Mater, & te in eius esse corde ne dubita. quod quantum sit beneficium quis æstimet? Ea sunt piæ matris in quemque Sodalē viscera pietatis, vt sibi quisque ab ea dictum, quod est apud Isaiam, confidere debeat, *Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui: quando nos, vt i censer August. vtero suo gestat adhuc ac circumfert*

Isa. 49. 15.

fert tamquam Christi membra, quoad in caelestem ac sempiternam edat vitam; certè suæ Sodalitatis vtero fouet, & suamet respiratione, gratiæ inquam ac vitæ per filium inspiratione, velut imperfectos fœtus atque embryones animat perficitque, donec formetur in nobis Christus. Appositè igitur quemq; Sodallem commonefacit Guerricus Abbas: In hoc præterea tibi sit exemplo Iesus conceptus & gestatus in vtero, qui etsi grauidauit, nõ tamen grauauit vterum Mariæ. Sic te non sentiat grauem vterus Ecclesiæ, dixerim ego, Sodalitatis vterus aut Deiparæ Virginis, quæ te tamquam membrum Iesu gestare dicitur. Caue, ne illam pœniteat te concepisse, sicut Rebeccam pœnituit, cum aiebat, *Si sic mihi futurum erat quid necesse erat concipere?* Si de aliquo nostrum sic conqueri contigerit viscera matris nostræ, timeo ne melius fuisset si conceptus non esset homo ille. Ipse Deus in nobis, si qui tales sunt, emolliat cor lapideum, ne quatiant viscera matris, ipse viscera matris consoletur, ne fatigetur eos, qua-

*Serm. 3. de
Annūtiat.*

58 DE BONO SODAL. PARTH.
Iescumque sint, portare, donec forme-
tur in eis Christus.

C A P V T VII.

*Sodalitas Gymnasium est omnis Chri-
stianæ virtutis & perfectionis.*

Q Vos in spiritu genuit, & in lucem
extulit immortalis spei B. Mater,
eosdem ad omne virtutis studium insti-
tuendos curat Sodales suos; habet ad
eos scholam virtutū suarū optima diui-
narum disciplinarū magistra, ab optimo
& ipsa primitus erudita magistro, Spiri-
tu sancto imprimis mentem eius inhabi-
tante, omniumque eius dum viueret a-
ctionū inspiratore & directore; tum verò
& à filio Deo Salvatore triginta trium &
ampliùs annorum domestica consuetu-
dine, familiarique & muta & viua ser-
monum & exemplorum institutione ad
omnem perfectionem efformata. Quos
suos in schola virtutū eximios progres-
sus æmulari nos cupit, & quemadmodū
Apostolus, sic & ipsa iustiùs adhortatur:

Imi-